

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Auaricia ba
cum uariis

Quam multos seducit cupiditas, quam plures perdidit auaricia! Balaam asella redarguit et pedem sedentis attriuit, quia captus cupidine promissorum disposuerat maledicere Israeli. Achor populus lapidauit quia tulit argentum et aurum de anathemate Ierico. Nabot interemptus est ut Achab uineam possideret. Gryesi lepra perfudit quia peciit et recepit argentum et uestes sub nomine Elisei. Iudas laqueo se suspendit quia uendidit et tradidit Christum. Ananiam et Zaphiram subitanea mors extinxit quia de precio agri defraudauit apostolum. Edificauit Tyrus municionem suam et coaceruauit aurum et argentum quasi lutum platearum, sed ecce Dominus possidet eam et percussit fortitudinem eius.

Innocencius de uilitate condicionis humane.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

disposuerat] disposuit P V¹ V² L¹ L²; Gryesi] Graeci P V¹; Zaphiram] Saphitam (*cor. intra*) B; coaceruauit] coacreauit P V¹; et] sed C; uilitate] utilitate V¹